



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Helenus C. 17. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

248 VITÆ SANCTORUM. 17. April.
quæsiverunt, & verò repererunt, Epileptici præcipue, non ignari expertum mali hujus medicum se accedere. Ex Ferrar.

Quid infirmius homine, quem sensus faltit, ignorantia decipit, circumvenit iudicium, pompa laedit, tempus deserit, mutat atas, hebetat infantia, juventus præcipitat, senectas frangit? S. Pet. Chrys. serm. 45.

S. HELENUS C. 17. Aprilis.

Figliendum est citò, quod nocet citò. Sapuit isto mature H E L E N U S conilio, & è mundo priùs quàm pueritiâ exiit, tutiùs inter feras, quàm homines victurus. Jejunia producenti cacodæmon escas obtrusit; sed H E L E N U S & cocum & dapiferum aspernatus cum Cælo quàm Orco prandere maluit; mox enim Angeli, ut Christo quondam dapes esurienti ministrarunt. Tanto deinde promptiùs ipse quoque per longa itinerum spatia aliis prandia ferre, &, si oneri succubuisse, onagris ea imponere, nil repugnantibus pigerrimis alioquin animalium. Neque jam solum onera illius asini, sed ipsum etiam H E L E N U M , cùm Mystam sacrificii caussâ accerseret, per amnem crocodilus transuerxit; adeò fætitati obtemperant omnia. Discipulo ejus cùm Orci minister libidinis faces admoveret, incendiarium H E L E N U S ad tantas

18. April. VITÆ SANCTORUM. 249
tas redigit angustias , ut extra circulum ,
quem in arenâ scipione descriperat , ne
latum quidem unguem aut ungulam po-
nere sit ausus , donec turpe incendium
extingueret . Illud etiam memorabile ,
quod illæsus ignem calcârit , Ut Zaream
Hæreticum falsitatis argueret , qui perfi-
diam suam per flamas probare non au-
sus , Catholicæ Religionis , ut veri auri ,
premium auxit . His facinoribus H E L E-
N U S Heliopolitanam primum mitram ,
deinde æternitatis coronam meruit . Ex
vitis P P.

Si vis animam tuam in suæ virginitatis
integritate persistere , aures & oculos à ne-
gotiorum secularium vanitate firmiter ob-
stine , carnalium heminum colloquia de-
structioni magis quam ædificationi profu-
tura contemne ; nam qui tangit picem , in-
quinabitur ab eâ S. Pet. Dam. Op. X I I .

S. URSMARUS C. 18. Aprilis.

Q uo tempore mater gravem U R S M A-
R O ferebat uterum , venerandâ fortè
canitie senex per visum astitit , puerulum
que , manu gestatum ejus curæ commen-
davit . Excusanti annonæ difficultatem
panem candidum porrexit , noyo mox
inter manus auctu grandescentem ; pro-
digiique rationem ad nascituræ prolis
doctrinam retulit , cum annis ad multo-
rum mortalium emolumenta amplifican-
dam .

Q 5

dam.